

Werk

Titel: Herbarium Amboinense, plurimas conplectens arbores, frutices, herbas, plantas ter...

Jahr: 1741

Kollektion: Zoologica

Werk Id: PPN369546628

PURL: <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PID=PPN369546628> | LOG_0007

OPAC: <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=369546628>

Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen
Georg-August-Universität Göttingen
Platz der Göttinger Sieben 1
37073 Göttingen
Germany
Email: gdz@sub.uni-goettingen.de

Caryophyllis, Plinius vero Cabelettas pro vero habuisse fructu, quæ re vera Piperis granum referunt, ipsosque Caryophyllos pro festucis habuisse, uti & Plinius alio in loco Corallia rubra, quæ filo trahuntur amenti gratia, pro Corallii arboris fructibus habuit, prætereaque Caryophyllo suo jucundum tribuit odorem; Caryophylli itaque longe ante Paulum Æginetam occidentalibus populis jam innotuissent, quod difficultatem includit, dum apud nullum antiquiorem alium Auctorem horum fiat mentio.

EXPLICATIO

Tabula Prima,

Exhibentis ramum Caryophylli floribus ac fructibus onustum; Malaicensibus Tsjenke dicti.

A. Gagang, seu prima Caryophyllorum rudimenta.

B. Caryophylli completi.

C. Caryophylli florentes.

D. Caryophylli matricis, seu Anthophylli.

E. Internum Caryophyllorum matricum officulum.

F. Eruca, quæ quibusdam annis ipsam Caryophyllorum arborum perforat.

G. Oblongus vermis, qui ramos, ac foliorum raches per longitudinem a b depascit.

OBSERVATIO.

CARYOPHYLLUM a variis denominatum est, sed a nullis descriptum auctoribus, quale à nostro Rumphio. Denominatur autem a Pluknet. in *Almag. pag. 88.* CARYOPHYLLUS AROMATICUS Indiarum Orientalis, fructu clavato Monopyreno. & in *Phytogr. Tab. 155. Fig. 1.* exhibetur. à *Casp. Baub.* in *Pinace p. 410.* CARYOPHYLLUS AROMATICUS fructu oblongo, & a *Breyne. Prodr. 2. pag. 49.* alterius Editionis. *Tournef. Inst. p. 661.* à *Dalechampsio* in *Hist. Lugd. pag. 1759.* CARYOPHYLLI AROMATICI, & a *Joh. Baub. part. 1. pag. 423.* CARYOPHYLLI INDICI. a *Clusio* in *Exot. p. 16.* & *Acoft. p. 267.* à *Pisone* in *Mantissa arom. p. 177.* TSHINKA. Vide porro *Hortum Cliffort. p. 207.* & *Samuel Dale Pharmac. p. 323.* qui varia insuper exhibet Synonyma, ac virtutes Medicas. Ut & *Weinmann. Phytanthoz. p. 62. Tab. 324. litt. a.* & *Rumphii Observat. 21. p. 50. dec. 2. ann. 1. Naturæ Curios. de Caryophyllis, ut & Valent. Museum Muscor. Libr. 2. Sect. V. Cap. VII. p. 449. Tab. 2.* ac *Fr. Valentyn, Amboinae descript. p. 144. No. XXXI.* & *BLACKWELL. Herbal. Tab. 338.*

CAPUT SECUNDUM.

Cultura, Messis, & Virtutes Caryophyllorum.

Um, uti dictum est, Caryophylli in Amboinam aliis ex locis fuerunt translati, hinc majori cura hic sunt colendi, & tractandi, quam in naturali ipsorum patria Mackian &c. ubi clima sponte illos producit, atque sine ullo hi labore progerminant: E contra hic in Amboina ab incolis diligenter excolendi sunt, atque ubi desiderantur, etiam plantandi: Arbusculæ autem juniores umbram aliarum arborum, sed non opacam amant, adultiores autem si fuerint, reliquæ Silvestres arbores sunt extirpandæ, ut fertiliores sint, atque ab una alterave parte frugifera tantum relinquenda arbor est, ita ut silva ex Caryophyllis arboribus confita sit jucundi adpectus, ambulationibusque apta, quum nullæ silvestres, vel majores plantæ ibi relinquuntur, quæ causâ quibusdam incognita quum fuerit scriptoribus, hi putarunt, & indicaverunt, Caryophyllos tam calidæ esse naturæ, ut nullæ sub hac arbore crescere possent herbæ, quod autem potissimum continuo hominum labore impeditur: Si enim Caryophyllorum arbores non depurentur, silvestres herbæ adeo arcte & copiose ipsis accrescunt, ut pereant, vel silvestrem induant naturam. Immo Caryophylla non ita arcte locanda sunt, ut sese invicem tangant, tales enim arbores instar Laricum altissimè crescunt, nec multos dant fructus; Compertum quoque fuit, Caryophyllum læte crescere inter

doch dat Plinius de Cabelettis voor de regte vrugt heeft aangezien, de welke in der daat een Peper-korrel gelyken, en de Nagelen voor de steelen, gelyk by op een ander plaats de roode Coraalen, die men aan de snoeren rygt, voor de vrugten van den Coraal-boom aangezien heeft, en daar en boven zyn Caryophyllum een goeden reuk toefchryft. Dies zouden de Nagelen al lang voor Paulus Ægineta aan de Westers werelt bekend zyn geweest, 't welk zyn zwaarigheyt heeft, dewyl men by geen ouder Authoren gewag daar van vint.

AANWYSINGE

Van de Eerste Plaat,

Verbeeldende een tak van den Nagelboom met zyn bloem en vrugten, by de Maleysers Tsjenke genaamt.

A. Gagang, of de eerste Schepselen der Nagelen.

B. De volwassse Nagelen.

C. Bloeiende Nagelen.

D. De Moernagelen.

E. De Binnenste korrel van de Moernagelen.

F. Een Rupsje, die op sommige jaaren den Nagelboom doorbyt.

G. Een langwerpige Worm, die de takken, en ryskens in de lengte a b doorknaagt.

AANMERKINGE.

DE NAGELBOOM is van verscheide Schryvers benaamt; dog van niemant zoo wel beschreven, als van onzen Rumphius; van Pluknet in zyn *Almag. pag. 88.* wert ze genaamt CARYOPHYLLUS AROMATICUS Indiarum Orientalis, fructu clavato Monopyreno, en in zyn *Phytogr. Tab. 155. Fig. 1.* verbeeldt. van *Casp. Baub.* in zyn *Pinax p. 410.* wert ze CARYOPHYLLUS AROMATICUS fructu oblongo genaamt; en van *Breyne*, in zyn *Prodr. Secund. pag. 49.* van de tweede Druk; en CARYOPHYLLI AROMATICI van *Dalechamps* in zyn *Hist. Lugd. pag. 1759.* van *J. Baub. Hist. eerste deel. pag. 423.* CARYOPHYLLI INDICI. Van *Clus. Exot. p. 16.* en *Acoft. van Clus. p. 267.* van *Piso* in zyn *Mantissa arom. p. 177.* TSHINKA. Zie verders de *Hortus Cliffort. p. 207.* en *Samuel Dale* in zyn *Pharmacol. p. 323.* die nog verscheide benamingen, en der zelve krachten opgeeft. Als mede *Weinmann* in de veelvuldige benaming, en Beschryving der planten *pag. 76. Tab. 324. litt. a.* en *Rumphii Observat. 21. p. 50. dec. 2. ann. 1.* de Caryophyllis; als mede *Valentin. Museum Muscor. Libr. 2. Sect. V. Cap. VII. p. 440. Tab. 2.* en *Fr. Valentyn* Beschryving van *Ambon. p. 144. No. 31.* en *BLACKWELL Herbal. Tab. 338.*

II. HOOFDSTUK.

Aanqueking, Oegst, en krachten van de Nagelen.

Dewyl, als gezegt is, de Nagelen in Amboina van elders overgebracht zyn, zoo moet men ze aldaar met wat meerder moeyte havenen, dan in haar natuuryk Vaderlandt Mackian &c. daar ze dien Landaart van zelve liet opwassen, zonder eenige moeyte daar aan te doen: daar en tegen hier in Amboina moeten ze door de Inlanders zorgvuldiglyk waargenomen, en daar men ze hebben wil, aangeplant worden: de jonge boompjes willen wel onder de schaduw van eenig dungeboomte staan, maar groot geworden zynde, moet men al het wilde geboomte daar tusschen wytroeyen, op dat ze te vrugtbaarder werden, latende slegts hier en daar een vrugtboom staan, zoo dat een regt Nagelbos zeer playzierig is om aan te zien, en gemakkekyk te doorwandelen, vermits men geen groote ruygte daar onder laat opkomen, welke oorzaak eenige Schryvers onbekent zynde, zoo hebben zy gemeent en voorgegeven, dat de Nagelen van een zoo beeten natuur waaren, datter gants geen groente onder dien boom wasschen konde, doch 't welk veel meer door jaarlykzen arbeid der menschen geschieet: want indien men de Nagelboomen niet zuivert en havent, dan groeit de wilde ruigte zoo dicht daar tegen op, datze verstikken en verwilden: Ja zelfs mogen de Nagelen niet zoo dicht staan, datze malkanderen raaken, want dezulke schieeten zoo hoog op als Sparren, en draagen niet wel: men heeft ook ervaren, dat den Nagelboom zeer wel staan wil tusschen andere

ter alias frugiferas arbores, uti inter *Canarium*, *Gajangam*, *Calappum* &c. quæ si extirpantur, Caryophyllorum arbor sensim marcescit, & languet, paucioresque producit fructus: Attendendum autem est, ne tales frugiferae arbores umbra sua opprimant Caryophyllum, sed semper ita distent, ne sese invicem tangent: Observatum itidem est, Caryophyllum plantatum, vel terræ commissum in altioribus incultis Silvis, arborem hanc satis excrecere in altum, magnaque producere folia, paucos autem gerere fructus, immo totam degenerare in alteram speciem, quæ Silvestres Caryophylli dicuntur, nec aromaticam habent vim, quod tamen raro fit, & hinc parum est notum.

Si Caryophylli incipiant rubescere vel florere, insalubre habetur diu in talibus ambulare Silvis, quum Cephalalgiam causant; hoc tamen magis ferventibus mensibus Octobri & Novembri adscribendum est.

Arbores, quæ ex Anthophyllis progeminant, altissimæ, ac vegete crescunt, plurimæque simplici erecto trunco, quum autem hæ difficillimæ sint adscensui, ac plura producant folia, quam fructus, hinc incolæ illas contemnunt, unde plurimum transplantantur arbores, licet enim harum arbuscularum transplantatio sit laboriosa, atque incerta, donec hominis altitudinem acquisiverint, ramis tamen latius sese extendunt, facilioremque præbent adscensum, melioresque dant fructus, & copiosiores: Non sunt plantandæ in solo sabuloso, vel duro argilloso, vel ubi carex crescit, sed in nigro late crescunt solo, sub quo per *Palma* latitudinem obscure flava invenitur terra, hinc inde majoribus mixta lapillis, & uti dictum fuit, locus iste arbusculis obumbratus sit, quales sunt agrestes arbores, sub quibus herba *Ruttu Ruttu* (certa Musci terrestres species) copiose crescit. Quas porro incolæ cautelas specificas circa plantationem harum arbuscularum observent, ut rite has teneras colant Caryophylleas arbores, non utile erit omnia illa enarrare.

In insulis Moluccis juniores arbusculæ septimo vel octavo anno fructus producere solebant, in Amboina vero decimo vel duodecimo ætatis anno, tumque utile foret, primos illos fructus sponte prolabi, quum multum faveret arboris hujus incremento. Antea omni triennio in Amboina, nunc autem plurimum omni quadriennio copiosa est horum fructuum seges.

Immo in Hitoë ora copiosa illa seges in sextum vel septimum sæpe extenditur annum, cujus causa est, quod incolæ arbores hæc inclementer, ac ruditer tractent, quum colligant fructus, tot tantosque sæpe avellentes ramos, ut longum requiratur tempus, antequam acceptum refarcire valeant damnum. Minores intervenientes fruges *Moesson Salattam* h. e. Zephyreæ tempestates vocantur, quum continui Zephyri multas adferant pluvias frigidas, quæ efficiunt, ut loco primorum fructuum germinum, nil nisi folia propullulent: Major autem ista seges, seu uberior ista tempestas non in omnibus locis æqualis est, seu simul eodem incidit tempore, ita ut una terræ plaga optimam producat frugem, altera autem ipsi vicina fere nihil. Caryophyllorum collectio sequenti peragitur modo. Si Caryophylli in corymbis rubri appareant, floresque hinc inde sese prodant, proximæque corymbi folia plurima decidant, tum omni ope collectio fructuum horum est instituenda. Primum sub arboribus terra depuratur, quæ scopis verritur, dein quidam arborem conscendunt, proximosque ramulos manibus attrahunt, fructuumque corymbos manibus diffingunt, remotioresque ramos baculis hamatis adducunt, iterumque corymbos decerpunt, quos corbis imponunt, vel plerumque in terram projiciunt: Alii in terra locati ramos sæpe totos discerpunt, qua attractione sæpe tot difrumpuntur rami, ut arbor dein per aliquot annos quiescere debeat, antequam vires suas recuperet. Magis ruditer autem illi agunt, qui laqueis ex *Rottanghæ*, & *Goemut* filis confectis superiores ramos vi attrahunt, seu longioribus baculis ramos decutiunt, quo fit, ut arbores quam maxime lædantur, qui autem arbores suas in majori habent pretio, hunc non instituent colligendi modum, ac non nisi summos tantum læviter decerpunt corymbos.

Virides hi avulsi Caryophylli quibusdam in locis, præsertim in *Larique*, primum aquæ fervidæ immerguntur, dein amplis obteguntur foliis, tigillisque in-

ponunt. *de Vrugtboomen*, als *Canaris*, *Gajang*, *Calappus* &c. en zoo men deze daar uitkapt, dat den Nagelboom merkelyk zal beginnen te treuren, en minder te dragen: Doch dient gelet, dat zoodanige *Vrugtboomen* de Nagelen met baare schaduwe niet moeten onderdrukken, maar altyt zoo ruim staan, datse malkanderen niet en raaken: Insgelyks is bevonden, dat zoo den Nagel geplant, of gezaait wert in hooge wilde bosschen, den Boom als dan wel hoog opschiet, en groote bladeren krygt, maar weinig vruchten draagt: Jaa geheel en al veraert in een ander geslacht, 't welk men wilde Nagelboomen noemt, die gantsch niet speceryagtig zyn, doch 't welk echter zelden gebeurt, en daarom weinig bekend is.

Als de Nagelen beginnen root te werden, en te bloeyen, agt men het voor ongezoent, lang in die bosschen te wandelen, om datse boofstypyn veroorzaaken, doch 't welk egter veel meer de beste maanden October en November toe te schryven is.

De Boomen, die van Moernagels opkoomen, schieten zeer weeldrig en hoog op, meest met een rechte stam, maar vermits deze zeer moeilyk zyn om te beklommen, ook meer bladeren dan vrugten dragen, zoo haaten de Inlanders dezelve, weshalven het meeste deel verplant wert, want al is het verplanten dezer boompjes veel moeite en zorgen onderworpen, tot datse de hoogte van een Man krygen, zoo verbreiden zig echter deze boomen met de takken veel wyder uit, zyn gemakkeliker te beklommen, en draagen ook beter vruchten: Zy moeten in geen zandige noch harde kleiygront geplant werden, noch daar het lange snygras staat, maar komen best voort op sware gront, daar een hand diep onder bruine en donkere geele aarde begint, hier en daar vermengt met groote steenen, en, als gezegt; de plaats moet met eenige laage boompjes beschaadwt wezen, gelyk daar zyn de Landboomen, onder welke het kruid *Ruttu Ruttu* (zynde een soort van aart-mos) overvloedig wast. Wat naaukeurigheid de Inlanders verders in 't aanplanten van de Nagelboompjes moeten agtervolgen, om deeze teere Boomen op te brengen, zal niet noodig zyn stiptelyk op te haalen.

In de Molucce Eilanden plagten de jonge boompjes op het zevenste of agtste jaar vruchten te dragen, maar in Amboina moetenze al 10 a 12 jaaren out zyn, en dan wast het noch al raatsaam, dat men de eerste vrugten, van zelfs liet afvallen, naa dien het tot de wasdom van dit boompje veel zoude helpen. Voor dezen plagt alle drie jaren in Amboina een groot Gewas te zyn, maar het is nu meest op het vierde jaar gekomen.

Jaa op de Kust van Hitoë verschillen de groote Moessonen zomtyts wel zes en zeven jaaren van malkander, waar van de oorzaak is, dat de Inlanders deze boomen zeer ongenadelik handelen, by het in-oegsten zoo veel takken scheurende, en breekende, datse een langen tyt rust verey-schen, om de geledene schaade wederom te verzetten: De tusschenkomende kleine Saisoenen beet men Moesson Salattam, dat is Zuid-saysoen, om dat de geduurige zuide winden veele koude reegens bybrengen, dewelke veroorzaaken, dat in plaats van de eerste Schepzelen of Gagans, niets dan blaaderen voortkomen: Het groote Moesson valt niet op alle plaatsen te gelyk, zoo dat de eene streek des Lands een groot gewas zal hebben, en de naast daar aan gelegen niet: Het in-oegsten der Nagelen geschiet aldus: Als de Nagelen maar aan de kroontjes beginnen root te werden, en het bloeizel hem hier en daar vertoont, en de naaste bladeren aan het kroontje meest afgevallen zyn, dan moet men de insameling met alle magt spoeden: Vooreerst zuivert men de gront onder de boomen, en veegt die met besemen, daar naa klimmen eenige op den boom, de naaste takjes haalense met de bant naa haar, en breeken de kroontjes met haar banden af, de verdere takken moetense met Bamboezen, daar haaken aangebonden zyn, naa haar toe trekken, en de trosjes afbreeken, diese dan in haar korfsjes steeken, of meestendeel om laag laten vallen: Anderen, die beneden staan, bakken insgelyx de takken geheel af, en door dit rukken werden zoo veel takjes gebrooken, dat den boom eenige jaaren daar na rusten moet, eer by zyn kragten wederom krygt: Noch rouwer gaan zy te werk, die met stroppen, van *Rottang* en *Goemut*-touwen gemaakt, de bovenste takken met gewelt naa haar trekken, of met lange stokjes de takjes af slaan, waar door de boomen zeer geschaonden, en gekrenkt werden, maar die zyne boomen in waarde hout, zal deze manier niet gebruyken, en by het in-oegsten niet meer als effen de trosjes af breeken.

De afgeplukte groene Nagelen werden op eenige plaatsen, inzonderheid op *Larique*, eerst in het water gedoopt, daar na met breede bladeren toegedekt, op sparre in den rook

ponuntur, ut fumo inprægnentur, atque sub his fumeus locatur ignis, per aliquot dies ita in fumigio relinquuntur, quod *Soffo* dicitur, unde ruffum acquirunt colorem: Plurimi autem incolæ ita fumo illos suffocant, nec antea in aqua illos immergunt, hique suffuminati Caryophylli ardenti tum foli exponuntur, & exsiccantur, vel pluvioso tempore supra ignem in fumo, in sole autem multo melius est, tumque nigrum mox induunt colorem, *Laryxenses* autem Caryophylli non penitus atrifunt, sed ruffi manent: Experimentum autem, an bene sint siccati, in eo consistit, quod unguibus abradi possit quædam portio, atque intus læte purpureum præbeat colorem, qualis est *Cerasi* difsecti. Tales autem Caryophylli, qui sine hac suffocatione seu suffumigio in sole vel fumo tantum exsiccantur (quod fit cum iis, qui sponte decidunt, vel si tam parva sit portio, ut suffocationis labor ipsi non respondeat,) rugosi sunt, leves, & fordidi, hique ab emptoribus ac questoribus recusantur, vel seliguntur, quos ut fallant, Incolæ solebant illos tingere fumo *Dammar*, hoc autem detegi potest, si manus commaculent: Vera horum fructuum messis est ab Octobri usque in Decembrim, subsequenter vero mensibus lanci inponuntur, si a festucis aliisque fordibus fuerint depurati, capitula *Kabeletten* dicta remanent, sed hæc sensim sponte decidunt, unde semper in ingentibus Caryophyllorum acervis magna grumæ quantitas ex delapsis hifce capitibus floribusque emarcidis apparet, & invenitur.

Sin mercatoribus tradantur Caryophylli, nulli Anthophylli, vel albi isti Caryophylli admixti sint, quum in utrisque nulla reperitur aromatica vis: Silvestres vero Caryophylli facillime dignoscendi sunt, quum multo sint majores, pallidiores, magisque insipidi quam vulgares seu veri, nec Incolæ facile illos admiscebunt, gnari satis, quod hoc ob crimen plecterentur. Ex Ternatensium relatione Caryophyllum ultra centum annos vivere potest, quum circa *Anian* in regione *Hoeamobel* Caryophyllum fuerit observatum, quod in primis bellis cum *Kimelaha Madyra* fuerit amputatum, & ex incolarum computatione tum centum & triginta implebat annos; erat hæc arbor tam vasta & crassa, ut duo vix viri illam brachiis amplecti possent; Unica hæc arbor vice gerebat duo *Bahara*, h. e. 1100 pondera Caryophyllorum, & ante quinquaginta annos, quum *Hitoëenses* Belgas in hanc advocarent terram, ex eadem arbore unum *Bahar* h. e. 550 pondera Caryophyllorum decerpserunt, quos Belgis tanquam speciem donarunt. Hodie autem non ita senescunt, cujus causa putatur esse memorata ista rudis fructuum collectio, seu quod Amboinæ montes sunt frigidiores, quam Moluccæ. Circa enim annum 1666 in Hitoæ variæ perierunt Caryophyllorum arbores præ senectute, quæ juxta incolarum relationem plantatæ fuere sub imperio *Frederici Houtmanni* primi Amboinæ gubernatoris, h. e. ante sexaginta circiter annos: In aliis *Leytimoræ* plagis quædam etiam jam intereunt, quæ sub gubernatore *Hermano Speultio* h. e. ante quinquaginta annos plantatæ fuerunt; Maximum autem damnum patiuntur ex ingenti & insolito tempore sicco, quod quibusdam annis hancce vexat Provinciam; Caryophyllum enim natura sua est fervidum, humidumque expetit aërem, unde modicas pluvias, solumque humidum desiderat, alioquin perit arbor.

Maxima autem harum arborum pestis est vermis quidam forma vulgarium alborum *Cofforum*, seu *Erucarum*, durum & ex nigro fuscum gerens caput: *Teredo* hæc in ipso gignitur & crescit ligno, unde arbor brevi perit, quod dignoscitur, si ejus truncus hinc inde lachrymas emittat, atque ex hocce vitio anno 1667 & subsequenter multis millia arborum in *Leytimora* & *Hitoënsi* plaga perierunt.

Caryophylli, præterquam quod ab hominibus, a quadruplici insuper avium genere propagantur, per virides nempe & albas palumbas, per avem annuam dictam, & *Casuarim*, uti in Banda per easdem palumbas *Nuces Moschatæ* propagantur.

Ufus. De Caryophyllorum usu hoc in loco pauca dicemus, partim quum eorum usus satis per Europæos libros sit divulgatus, partim quum in India parum usurpentur: Videtur enim naturæ Creator hosce produxisse non tam in usus ferorum horum incolarum, quam in Europæorum commodum, ac præsertim *Boreali* populo. Quum enim Caryophylli fervidam habeant essentiam, superantem fervore, non autem

gelegt, en daar onder een smooken vuur gestookt: Men laatse eenige etmaalen aldus smooren, 't welk men *Soffo* noemt, waar vanze een roffe koleur krygen: De meeste Inlanders smoorenze alzoo in den rook, zonder dezelve te voeren in water te steeken, en deze gesmoorde Nagelen werden als dan in de beete Son gedroogt, of by regenagtig weer boven 't vuur in den rook; maar in de Son is het veel beter, en krygen als dan eerst baar swarte koleur, doch de *Laryxse* Nagelen worden niet regt swart, maar blyven bruin: De proeve van wel gedroogt te zyn is, dat men se met de Nagel kan afsnippen, en binnen een paars purper als van een opengesneden *Kerfse* vertoonen: Die gene, die zonder dit smooren slegts in de Sonne of rook gedroogt werden ('t welk geschied met die van zelfs afvallen, of alse zoo weinig hebben, datse de moeite van 't smooren niet waard zyn) werden rimpelig, ligt, en ongezien, en van de Ontfangers uitgeschooten, om welke te bedriegen, plegen de Inlanders die met den rook van *Dammar* te verwen, doch dat gemerkt kan werden, als zy de banden besmetten: Den rechten Oegst is van October tot December, in de volgende maanden brengt men se ter schaal, alse van de steelen, en andere vuiligheden wel gezuivert zyn, maar de *Kabeletten* kunnen zy niet wel afskrygen, doch die vallen metter tyd van zelfs af, wesbalven men onder alle Nagelboopen altyd een goede partje gruis van deze afgevallene *Kabeletten*, en droog bloeisel vint.

In 't leveren aan de Koopluiden moeten 'er gene beginnende *Moernagels*, of voorschreve witte Nagelen onderlopen; want in die beide geen speceryagtigheid en is. De wilde Nagelen kan men zeer ligt kennen, want die veel grooter, bleeker, en onsmakelyker zyn als de rechte, de Inwoonders zullen se niet ligt daar onder mengen, vermits ze wel weten, datse daar over gestraft worden: Volgens het zeggen der Ternatanen zoo kan de Nagelboom over de 100 jaar out worden, hebbende omtrent *Anien*, op 't Land *Hoeamohel*, een Nagelboom gestaan, die in de jongste Oorloogen met *Kimelaha Madyra* omgekapt is, na rekening der Inlanders, doenmaals 130 jaren out zynde: by was zoo groot en dik, dat hem pas twee mannen omarmen konden: by droeg in een vol *Sayzoen* twee *Babaren*, (dat is 1100 ponden Nagels) en vyftig jaren te voeren, wanneer de *Hitoësen* de Nederlanders in dit Land wilden roepen, hebbense van denzelven Boom een *Babar* dat is 550 ponden Nagelen geplukt, om die aan dezelve tot een monster te vereeren: Hedensdaags werdse zoo out niet meer, waar af de oorzaak is, zoo men gist, de voornoemde rouwe handelinge, of dat *Amboina* kouder bergen heeft dan de *Moluccos*: Want omtrent het jaar 1666, zyn op *Hitoë* uitgegaan eenige Nagelboomen alleen van ouderdom, dewelke na 't zeggen der Inlanders geplant zyn onder de Regeering van *Fredrik Houtman*, eerste Gouverneur van *Amboina*, dat is omtrent voor 60 jaren: Op andere plaatsen van *Leytimor* beginnen mede al eenige uit te gaan, dewelke onder den Gouverneur *Herman Speult*, dat is voor 50 jaren, geplant zyn; het meeste perykel lydende van de groote ongewoone droogte, die sommige jaren deze Provincie quelt: Want de Nagel is van natuur beet, en vochtgierig, en wil derhalven een matigen reegen en vochtige gront hebben, of anderzints gaat hy uit.

Dan de grootste pest van alle is een zeekeer gewormte, in de gedaante van de gemeene witte houtwormen, ofte *Rupse*, met een bart en swart bruin boofst: dewelke binnen in 't hout groeit, en den boom in korten tyt doet sterven, waar van de teykenen zyn, als den stam bier en daar begint te traanen, en zyn van deze quaaie *Ad* 1667 en de volgende jaren veele 1000 boomen op *Leytimor*, en de kust van *Hitoë* uitgegaan.

De Nagelen werden bebalven door de Menschen, noch door vierderley Vogels voortgeplant, te weten door de groene en wilde witte Duiven, door den *Jaar-vogel*, en de *Casuaris*, gelyk in Banda door dezelfste Duiven de *Nooten-musschaten* voortgeplant werden.

GEBRUIK: Van 't gebruik der Nagelen zullen wy op deze plaats weinig spreken, ten deele om dat het zelve al genoegzaam in de *Europiaansche Kruidboeken* bekend is: Ten deele dewylke in *Indien* weinig gebruikt werden: Want het schynt, dat den Schepper der natuur eygentlyk die geschapen heeft, niet zoo zeer voor deze wilde Inwoonders, als voor de *Europische* en noorder werelt: want alzoo de Nagelen een beete boedanigheid hebben, over-

autem siccitate ipsum Piper, hinc patet, fervidum hunc fructum in hisce calidis regionibus non ita utilem esse, quam in frigidiori & Boreali climate. Indi hosce adhibent tantum, & in parva modo quantitate ad quædam unguenta, quæ componunt ad corpora sua fricanda, si calefacere illa velint: In cibo iis non utuntur, vel raro, & parva quantitate, Tabaco autem miscent pro suffimigio. Javani & Malaicenses, qui antea Amboinam solebant frequentare ad mercaturam exercendam, hos emebant Caryophyllos cum Anthophyllis & festucis, binæque postrema in suos servabant usus medicatos, quæ gradu caloris differunt a veris Caryophyllis, nihilominus tamen vim fati habent aromaticam, Caryophyllos vero ipsos peregrinis vendebant mercatoribus: Credere quis posset, illos seligere Anthophyllos ad propagationem, sed quum compertum satis habuerunt hos non plantari vel propagari posse, si modo per octo decemve dies in ædibus fuerint depositi, quum caro exterior statim exsiccetur, hinc a vero alienum hoc videtur.

Ex Caryophyllis antea Magistratus jussu tenuæ ac sanguineum destillabatur Oleum, quod in India magni aestimabatur, & non parum differebat ab illo, quod in Patria seu Hollandia genuina Pharmacopæorum arte præparatur: Quum autem in hisce terris destillatio per æneis fiat alembicos, nec rectificetur hocce oleum, hinc saporem habet adustum, atque similem odorem, cæterum adeo subtile & penetrans est, ut folum externe adhiberi nequeat, quum cutim exurat, atque inflammet. Si vero cum aliis oleis, uti Calappi, Rosarum, Olivarumve sit mixtum, optimo cum successu adhibetur in Indica paralyfi, Beriberi dicta, tumque hocce inunguntur partes paralyticæ, & quasi emortuæ. Beriberi autem sive Paralyfis hæc, vulgaris est morbus nautarum ac militum, qui castra sequentes multum patiuntur frigoris, aliæque incommoda: Subsequens vero tempus edocuit, istum morbum sine Caryophyllorum oleo curari quoque posse, si modo balneum præparetur, in quo Caryophylli, seu arboris folia cum Lagondi foliis fuerint incoccta, vel si ipsi Caryophylli in quodam istorum Oleorum incoquantur, hocce inunguntur artus. Istius quoque olei septem vel novem guttulæ cum cerevisia, vel alio quovis potu propinantur contra dolorem Colicum ex flatibus ortum, qui vero calidi ac biliosi sunt temperamenti, ab illo abstineant, quum nimis sanguinem inflammet.

Oleum hocce in omnibus liquoribus fundum petit, cum quibus miscetur. Quidam etiam Arecæ potui addunt Caryophyllos, vel cum illo exurunt hos, sed noxium dat potum; ingentem enim capitis excitat dolorem seu Cephalæam, exurit cerebrum, & tenebrosus efficit visum, quod illi quoque sentiunt, qui quotidie Caryophyllos Tabaco miscent, & adhibent pro suffimigio. Congestorum Caryophyllorum odor adeo est nocivus, ut, si per unam tantum noctem in camera quis dormiat, in vel sub qua magna horum copia est occlusa, talis ad vomitum usque nauseabundus, & anxius quam maxime sit, atque ingentem capitis dolorem sentiat: Unde patet summa Creatoris sapientia ita esse subordinatum, ut bina excellentia illa aromata, Caryophylli nempe, & nuces Myristicæ, quod & de cæteris quoque credendum est, paucissime in India usurpentur, sed tanto majorem habent usum atque utilitatem in Europa, quo factò summus rerum Arbiter homines constringere voluit ad mutuam familiaritatem, & necessitudinem inter sese exercendam.

Ex recentibus Caryophyllis, si rubescant, saccharum & conditum fit, si conterantur, vel Anthophylli modo findantur, officulumque eximatur. Portugalli ex hisce quoque aquam Cordialem solebant destillare, quæ extra usum jam est, quum nostra natio illarum rerum non sit cupida, nec amans.

Anthophylli a longo jam tempore apud Chineses, Baleyenses, Javanos, & Malaicenses in usu fuere medico, in Java præsertim magno in pretio fuere ab anno 1675, carissimeque fuere divenditi: Nec bene dignosci potuit, quem in finem Javani, & Malaicenses iis utebantur, qui tanti illos emebant, quidam autem multis ambagibus quædam nobis revelarunt, quæ in sequentibus consistunt.

Primo iis utebantur ad diabolicas & superstitiosas artes machicas, ad præparandum Crat Sala, & Liat Sala, quo

treffende zelfs de Peper in hitte, maar niet in droogte, zoo blykt, dat deze beete vrugt in deese beete Landen zo dienstig niet wezen kan, als in de koude noorder werelt: De Indiaanen gebruikense alleenig, en dat noch in kleine quantiteyt, onder sommige zalven, die zy maaken om 't lichaam daar mede te stryken, als zy het verwarmen willen: In de kost gebruikense die gants niet, of zeer weinig, bebalven diese in 't rooken onder haar Tabak mengen, de Javanen en Maleyers, die voor dezen in Amboina plagten te komen handelen, kochten de Nagelen met de Moernagels en steelen, en bielden de twee laatste voor haar zelven tot Medicyne, als verschillende wel eengraat in hitte van de regte Nagelen, doch niet te min noch genoegzaam speceryachtig zynde; maar de Nagelen verkogtense aan de vreemde Koopluiden: men zoude meenen, datze de Moernagels zогten om te verplanten, maar vermits ze wel geweeten hebben, dat men die niet verplanten kan, alse maar 8 a 10 dagen in buis leggen, dewyl dan het buitenste vleys verdroogt, zoo is dat niet waar-schynlyk.

Uit de Nagelen wierd voor dezen, zomtyds door last van de Overigheid, een dunne en bloet-roode olye gebrant, daar men in India veel werks van maakt, boewel dezelve niet weinig verscbilt van de gene, die in 't Vaderlandt door de oprechte Apotbeekers konst gemaakt wert: Want vermits het hier te Lande, in 't distilleren, door koopere slangen getrokken, en niet gerectificeert wert, zo heeftze een brandige reuk en smaak, andersints zoo subtyl en doordringend zynde, dat mense alleen van buiten niet gebruiken kan, aangezien ze zeer op de buit brant: en moet met andere olye, als Calappus, Roozen, of Olyven-olye vermengt, en zoo in de Indische beroertheid, Beriberi genaamt, met smeeren op de verdoofde partyen gebruikt werden: Welke Beriberi een gemene plaage onder de Matroozen en Soldaten is, die in 't Leger swervende, koude en ongemak moeten uitstaan: Doch de volgende tyd heeft geleert, dat men de gemelde ziekte ook zonder Nagel-olye kan genezen, als men slegts een bat-water maakt, daar in de Nagelen of haare bladeren met die van Lagondi gekookt zyn, of als men de Nagelen zelfs in een van de voornoemde olyen kookt, en de leden daar mede strykt: Men neemt ook van de voorschreve olye 7 en 9 droppelen, met bier of andere drank in, tegens buikpyn, die uit windrigheid ontstaat, maar beete en galachtige menschen mogen het niet gebruiken, als ontfteekende het bloed te geweldig.

Deze olye zinkt in alle vochtigheden, daar mense ondermengt, te gront: Sommige doen ook Nagelen in den Arak, of brandense wel met den Arak, maar zulx is een schadelyke drank, want by veroorzaakt groote hooftpyn, verbrant de hersenen, en maakt een donker gezicht, 't welk ook die gene gevoelen, die de Nagelen dagelyx onder het Tabak drinken gebruiken: De reuk van de vergaderde Nagelen is zoo schadelyk, dat, als men een nacht in de Kamer slaapt, daar een party in of onder leyt, men daar van tot braakens toe qualyk en benaut wert, mitsgaders groote hooftpyn krygt: Waar uit blykt, dat het door de groote wysheid des Scheppers verordineert zy, dat die beide treffelyke speceryen, Nagelen, en Nooten-musschatten, gelyk van de anderen ook te geloven is, zeer weinig in India gebruikt werden, maar hebben zoo veel te grooter nuttigheden in Europa, waar door God den Heere de menschen tot onderlinge gemeenschap heeft willen dringen.

Uit de groene Nagelen, alse beginnen te rooden, wert ook een Suiker en Conserf gemaakt, dezelve in stukken vryvende, of alsze Moernagels beginnen te werden, slegts open splytende, en den kern daar uitnemende. De Portugeezen plagten ook een Cordiaal-water daar van te branden, 't welk nu buiten gebruik is gekomen, vermits onze Natie tot diergelyke dingen niet curieus is.

De Moernagels zyn al van outs by de Chineesen, Baliërs, Javanen, en Maleyers in groot gebruik geweest in de Medicine: maar inzonderheid zynde van 't jaar 1675 aan, op Java in groote agting gekomen, en zeer duur verkogt: Men heeft niet eygentlyk ervaren kunnen, waar toe ze de Javanen, en Maleyers gebruikten, die zoo veel gelt daar voor gaven, doch sommige hebben ons door veel onniewegen eenige opening daar van gegeven, 't welk in 't volgende bestaat.

Ten eersten gebruikenze dezelve tot haar duivelsche en superstitieuse konsten, om te maaken Crat Sala, en Liat

quo ejus gestator ita præservabatur, ut nulla hostilia arma talem tangere vel ullo modo nocere possent, item ne talis nec conspici nec dignosci posset, qui illud gestabat, hincque proficuum iis, qui furta, vel illicitos exercebant concubitus, quumque ab isto anno tantum bellum in Java fuit gestum, creditum fuit hinc adeo ab illis expeti, uti & quoque a Baleyenfibis.

Secundo, Anthophyllos contritos cum *Cuju rapat*, & *Madja Càn* h. e. gallis *Quercus* propinandos dant junioribus sponfis, vel quoque mulierculis, quæ ex puerperii lecto surgunt, ut partes naturales magis arctent, quo fit, ut gratiores sint maritis.

Tertio, cum ficcato *Poele* cortice mixta & comesta appetitum excitant.

Quarto, Flatus dissipant, Colicamque curant.

Quinto, Externe illiniti cum radice *Kellor* artuum oedema tollunt.

Sexto, Arcanum est, quod *Sihenses* plurimum sibi servant, clamque exercent ad libidinem excitandam, quem in finem illos adhibent, quibus putant partes naturales roborari: cui exercitio hæc natio præ omnibus favet & cupida est. Ad hæc omnia Anthophylli ab illis usurpantur, sumuntque illos, qui arbori inhærent, & modo fuscii apparent cum viridi mixti colore, qui autem præ maturitate decidunt, illos virtutibus destitutos censent, hinc raro in Java sunt *Magnates*, quin semper quosdam Anthophyllos in domibus suis servant, credentes, omnia medicamenta exaltari, quibus parva modo Anthophyllorum horum dosi fuerit mixta.

Festucæ a mulierculis adhibentur in unguento *Bori Bori*, quod infantibus convenit atque debilius requiritur iis, quam adultioribus, cui itaque ferventes non admiscunt Caryophyllos. Ante ducentos annos non tanti aestimabantur Caryophylli, qui nec tanta quantitate ex India evehebantur, & parva tantum copia, quanta requirebatur in arte Medica, unde & conspurcati cum foliis & festucis mercatoribus tradebantur parvo pretio, uti & factum fuit primis Hollandorum navigatoribus, postea autem quum depurati requirentur, folia, festucasque selegunt, duplicique divenditi fuere pretio. In itinerariis quibusdam libris invenitur, in *Zeylona* quoque crescere Caryophyllos, quod postea compertum fuit, *Silyestrem* esse speciem omni aromatica vi destitutam; sic quoque alii dixerunt, in insula *Madagascara* crescere Caryophylla; longè autem alium esse fructum testatur *Garcias ab Orto* lib. 1. cap. 15 & 21. ubi ita loquitur: In insula *St. Laurentii* certus occurrit fructus magnitudine *Nucis Avellanæ*, vel paulo major cum ejus putamine, hincque Caryophyllos spirat, ejus autem usus hæcenus ignotus est. Et quamvis *Avicenna* loc. cit. de Caryophyllorum gummi scribat, ac *Clusius* in suis annotationibus in *Garciam* quoque narrat; inter Caryophyllorum acervos, qui antea *Antwerpiam* fuere translati, pluries obscure fusciam inveniri refinam, quæ carbonibus ignitis imposita, fortem spirabat Caryophyllorum odorem, uti quoque *Baubinus* testatur lib. 4. cap. 6. sese habuisse fructum flavi gummi, sicci & fragilis, facile liquefcentis, quod, si accenderetur, Caryophyllos spirabat, sed saporis expertus erat; non tamen dubitandum est, quin illis Caryophyllis aliud quoddam gummi, seu refina fuerit mixta, ex qua *Incolæ* faces, seu cereos suos formant, qualis est *Dammar Batu*, nigrum *Dammar* &c. quod inter Caryophyllorum exsiccationem delapsum, forte ex industria relictum est, & ipsis diu mixtum, odorem coloremque Caryophyllorum attraxit, incolis enim non notum est Caryophyllorum gummi. Isti etiam scriptores, alique homines multa narrant de liquidi attractione non tantum arborum, sed ipsorum quoque ficcatorum Caryophyllorum. de Arboribus supra fuit dictum, illas amare pluvias radiis solaribus fociatas, terramque sub illis non nudam esse, vel herbis orbatam, quod Caryophyllum omne attrahat liquidum, hincque prohibere herbarum proventum, sed solummodo quod hominum labore depurata servetur.

De ficcatis vero Caryophyllis dicunt, illos repositorio ocluso contentos, totum aqua plenum vas intra unam noctem omne liquidum attrahere, illudque quosdam mercatores instituere, ut hinc

Tom. II.

Ca.

Liat Sala, dat is den drager zoodanig te bewaren, dat hem geen vyandelyk geweer raaken of treffen kan; als mede dat men den gene niet ter degen bezien of kennen kan, dieze draagt, en daarom nodig den genen, die op dievery en ongeoorlofde boelschappen uitgaan, en dewyle van dat jaar aan zoo grooten Oorlog op Java gevoert wierde, meende men, datze daarom zoo zeer gezocht zyn, als mede van de *Baliers*.

2. De *Moernagels*, gevreeven met *Caju-Rapat*, en *Madja Càn* of *Galnooten*, gevenze ook de jonge *Bruiden* te drinken, als mede de *Vrouwen*, die van 't kraamen opstaan, om de natuur te sluiten, waar doorze te aangenamer by de *Mannen* werden.

3. Met de gedroogde *schorffe* van *Poele* gemengt, en gegeten, verwekt eetens-lust.

4. Breekt de geslooten winden, en verdryft 't colyk.

5. Van buiten opgesmeert met de wortel van *Kellor* verdryft de zugt uit de leden.

6. Is een geheim, 't welk de *Sineezen* meest onder baar houden, gebruikende dezelve om haare vleeslyke lusten te sterken, waar toe die *Natie* boven andere genegen is. Tot deze alle nemenze de aankomende *Moernagels*, die noch aan den *Boom* hangen, en effen beginnen bruin te werden, met groen gemengt, maar die door rypheid afvallen, achtenze krachteloos, daarom vint men niet ligt iemand van de *Grooten* op Java, of zy trachten eenige *Moernagels* in huis te hebben, om datze meenen, dat alle *Medicamenten* gesterkt werden, daar men een weinig van de *Moernagel* ondermengt.

De *steelen* werden by de *Vrouwen* gebruikt tot *Bori-bori* zalve voor de kinders, die wat slapper moet zyn, dan voor oude *Lieden*, en dierhalven daar de beete *Nagelen* niet toe te pas komen. Doch voor 200 jaaren plagt men zoo veel werks van de *Nagelen* niet te maaken, noch dezelve in zulken menigte uit te voeren, maar alleenlyk in kleinè quantiteyt, en maar zoo veel als men in de *Medicine* van nooden had, dierhalven ze ook zeer vuyl, met bladeren, steelen en al, aan de *Kooplieden* geleverd wierden, en dat voor een geringen prys, gelyk noch aan die van de eerste *Scheepvaarden* der *Hollanders* geschiede, maar naderbant, als men daar op zindelyker begon te werden, heeft men de steelen en bladeren daar uit gemonstert, en doen is de prys noch eens zoo veel verhoogt geworden. Men vint in eenige *Reisboeken*, dat op *Zeylon* mede *Nagelen* zouden wasschen, 't welk naderbant bevonden is niet anders dan een slach wilde *specerylooze Nagelen* te zyn. Ingelyks hebben andere voorgegeven, dat 'er op het *Eilandt Madagascar* mede *Nagelen* vallen, maar dat het zelve een gantsch andere vrucht zy, getuigt *Garcias* ab *Orto*, lib. 1. cap. 15 en 21, zeggende aldus: Daar is op het *Eilandt St. Laurens* zekere vrucht, in de grootte van een *bazenoot*, met baare *schaale*, of wat grooter, dewelke naa *Nagelen* riekt, maar zyn gebruik is tot noch toe onbekent: En alhoewel *Avicenna*, loc. cit. van een *Nagelgom* schryft, en *Clusius*, in zyn aantekening op voorfchreve *Garcias*, ook verbaalt, dat onder de *Nagelboopen*, die men voordexen tot *Antwerpen* aanbrachte, meermals een swart bruin hart gevonden wierd, 't welk op koolen gelegt, een sterken *Nagelreuk* hadde, gelyk ook *Bauhinus* getuigt, lib. 4. cap. 6. gebadt te hebben een stuk geel Gummi, droog en bryzelig, ligt smeltende en brandende; naa *Nagelen* riekende, doch zonder smaak: Soo en isser nochtans niet aan te twyffelen, of daar zal onder die *Nagelen* eenig ander barst geweest zyn; waar van de *Inlanders* haar toortzen maaken, gelyk de *Dammar batu*, swarten *Dammar* &c. 't welk in 't droogen misfchien onder de gemelde *Nagelen* gevallen zynde, voorbedachtelyk daar onder gelaaten is, en overzulks door lang leggen de reuk en verwe van de *Nagelen* aangenomen heeft, want ook de *Inlanders* en weten gantsch niet van een *Nagelgom*: ook weten de voorige *Schryvers*, en sommige gemeene *Mannen* veel te verbaalen van de vochtgierigheid niet alleen der boomen, maar ook der gedroogde *Nagelen*. Van de Boomen is hier boven gezegt, datze wel reegen met *Sonneschyn* gemengt willen hebben, en ook dat den gront daar onder niet gezuivert, en bloot zy, om dat de *Nagelboom* alle vochtigheid aan zich trekt, en daar door den aangroey van het onkruid beledt, maar alleen om dat by door *Menschen* arbeidt schoon gebouden wert.

Van de gedroogde *Nagelen* geven zy voor, dat ze in een beslooten *Pakbuis* leggende een geheel vat vol water binnen een nacht aan haer trekken zouden, en dat zulks sommige *Kooplieden* doen, om daar door de *Nagelen* te verswa-

B

ren 2

Caryophylli graviores essent, si vendantur, si hoc autem dicant de mercatoribus Indicis vel indigenis, qui illos vendunt, magnam ipsis adferunt injuriam: Supra enim dictum fuit, Caryophyllos, cum traduntur, tam ab incolis, mercatoribus, quam ab his, nautis ita ficos esse oportere, ut abradi unguibus possint. Utrique autem satis constat, poenam fore capitalem iis, qui tales instituerent fraudes: Haud tamen diffiteri volo, Caryophyllos æque in promptuariis, ac præsertim in navibus omne liquidum, quod ipsis vicinum est, attrahere, hincque in navibus semper intumescere, ita ut nunquam tam sicci tradi possint, quam fuerunt accepti. An autem hæc ars Aromatariis Europæis non melius sit nota (qui illos non tanta, quanta in repositoryis condita est, copia vendunt) illi bene conscii sunt. Hæc sunt, quæ de totius arboris, ejusque fructuum qualitatibus detegere vel reperire potuerim, unde hanc finiam descriptionem cum sequenti Versiculo:

*Castiliæ reges ditat Peruana potofis
Aurea, Soffalæ fertur arena Tago.
Omnibus his venis præferrem Caryophyllum,
Quem liber Domini munere Belga tenet.*

Supra Memoratum Caryophyllum in magna Madagascaræ insula crescens ab O. Dappero sequenti describitur modo: *Ravenfara* (dicit) ingens & alta est arbor instar Lauri, foliisque ipsi similibus, sed minoribus. Fructus, *Voarvensara* dictus, est instar Juglandis, sapor est tam corticis, quam interioris substantiæ Caryophyllo similis, eundem quoque saporem habent ejus folia: Flores formam habent Caryophylli, uti quoque ipsorum est sapor, odor, & virtus. Arbor nullos dat fructus nisi tertio quovis anno; quum incolæ hosce fructus, ac folia, quæ cum Zingibere, & Alliis piscibus incoquant, desiderant, non ipsam conscendunt arborem, sed ipsam ad radicem circumcidunt: In altis crescit montibus, cujus mas & femina invenitur.

CAPUT TERTIUM.

*Caryophyllum Regium. Tsjenke Papua,
seu Radja.*

Quondam in Ternata mira & rara Caryophylli varietas inveniebatur, quæ tamen non diversa erat species, quandoquidem hæc unica tantum in mundo erat arbor, quæ similes producebat Caryophyllos, quum juxta Philosophiam nullum individuum constituat speciem: Atque isti Caryophylli regii dicebantur, quum credebatur, singulo cum Ternatensium rege peculiarem provenire, & etiam cum eo interire arborem: Quod tamen compertum est, non certam observare periodum; arbor enim, quæ regi Hamzac suo consecrata fuit tempore, fructus adhuc anno 1655 produxit, quum Mandarsah per septem jam regnaverat annos: Reges hanc semper arborem religiose ferverunt, Caryophyllosque potissimum in suos adhibuerunt usus, amicis suis tamquam aliquid particulare miserunt; In insula solummodo Mackian inveniebatur, quumque duo diversi fructus in binis occurrebant arboribus, dividi potest in Hamzâs & Mandarsahas arborem. Utraque autem quoad truncum, foliaque vulgari Caryophyllorum arbori similis erat, sique nullos gerebant fructus, ab ista non dignoscendæ: Hamzas arbor Caryophyllos gerebat multo minores vulgaribus, supra non latos, sed acuminatos, quique ad latera unum duosve gerebant apices elevatos, fere instar extremitatum foliorum Juniperi, coloris autem magis nigricantis, quam vulgari: Arbor hæc isto anno interiit, tumque altera iterum propullulabat, tribus

ren, dog, indienne dit zeggen van de Koopluiden in Indiën, of van de Inlanders, dieze leveren, zoo doenze denzelven groot ongelyk aan: Want hier boven is gezegt, dat de Nagelen by de leverantie, zoo wel van de Inlanders, aan de Koopluiden, als van die zelve aan de Schippers, zoo droog moeten zyn, dat menze kan afknippen: Ook weten die beide wel, dat het een strafbaar werk zoude wezen voor die zulks wilden bestaan: Ik wil echter niet ontkennen, dat de Nagelen, zoo in de Pakhuizen, als inzonderheid in de Scheepen alle vochtigheid, die daar omtrent is, aan zich trekken, en daarom in de Scheepen altyt ontlaten, zoo datze nooit zoo droog konnengelevert werden, alsze ontfangen zyn: maar of deze konst de Kruideniers in Europa niet beter bekend zy (dieze niet met geheele Pakhuizen verhandelen) dat mogen zy weten. Dit is het gene wy van de geheele gelegenheid dezee voorgestelden Booms, en zyn vrucht betreffende, tot noch toe hebben konnen leeren, en onderwinden, zullende dierhalven deze Beschryving eindigen, en sluiten met dit volgende Rympje of Versje:

*Castiliæ reges ditat Peruana potofis
Aurea, Soffalæ fertur arena Tago.
Omnibus his venis præferrem Caryophyllum,
Quem liber Domini munere Belga tenet.*

Dat is:

*De Castiliaansche Kroon, roemt Perus ryke bergen,
De Portugaalsche pocht op het Soffaalsche Zant:
D'Ambonschen Nagelboom kan alle mynen tergen,
Die God den Schepper geeft aan 't vrye Nederlandt.*

Den hier boven gemelde Nagelboom, die op het groote Eilandt Madagascar zoude groeyen, wert van O. Dapper aldus beschreven, *Ravenfara* (zeidt hy) is een groote en booge Boom, gelyk een Laurier, met bladen die van den Laurier gelyk, doch kleinder: de Vrucht, Voarvensara gebeten, is gelyk een groene Walnoot, van smaak, zoo wel de schors als het binnenste, den Kruithagel gelyk, en van een zelve smaak zyn ook de bladeren: het bloeyzel heeft de gedaante van een Giroffel-nagel, desgelyks de smaak, reuk en kracht: De Boom krygt gene vruchten, dan om 't derde jaar, wanneer de Inwoonders deze vruchten en blaaden, die zy met Gember, en Look by Vysch koken, willen hebben, klimmen zy niet by den Boom op, maar bakken hem by de wortel af: hy wast op hoge bergen, daar is een Mannetje en Wyfje.

III. HOOFDSTUK.

*Konings Nagel-Boom. Tsjenke Papua,
of Radja.*

Men heeft voor dezen in Ternaten een wonderlyke en raare zoorte van Nagelboomen gebat, welke echter geen byzonder geslacht en maakten, vermits datter niet meer dan een eenige Boom in de werelt was, die diergelyke Nagelen droeg, en dat naa den regel der Natuurkundigen, Nullum individuum constituit speciem, geen ondeelbaar ding kan een geslacht op zich zelve maken: en wierden de voorschreve Nagelen Koningsnagelen genaamt, naadien men geloofde, dat met een yder Ternataans Koning ook een byzondere Boom te voorschyn kwam, en ook met denzelven weder uitging: doch 't welk echter niet altyt bevonden wierd vast te gaan, want de Boom, die den Koning Hamza by zynen tyt was toegeeygent, heeft noch Vruchten gedragen Ao. 1655, wanneer Mandarsah al zeven jaren geregeert hadde: De Koningen hebben dezen Boom altydt zeer zorgvuldig bewaart, de Nagelen meest voor haar zelven gehouden, en die aan haar Vrienden tot rariteyten gezonden: by wiert alleen op 't Eilandt Mackian gevonden, en dewyl datter tweederley Vruchten op twee verscheide Boomen wierden gezien, zoo kan hy verdeelt werden in Hamzâs en Mandarsahas Boom: beide waarenze aan stam en bladeren de gemeene Nagelboomen gelyk, en, alsze gene vruchten en droegen, van dezelve niet te onderscheiden: Hamzâs-boom droeg Nagelen, die veel kleinder waaren dan de gemeene, boven niet breed, maar toegespitst, hebbende aan de zyden een à twee spitzzen naar boven gekeert, by.